



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

199. feria 4. de peccatis venialibus significatis per lignum I. ad Cor. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

Fer. 3. Domin. 4. post Pentecost. 353

cere non possunt, enumeratis, quod hypocrisin sonat: unde patet examen conscientiae tali confessioni esse praemittendum. 2. Facta examinatione conscientiae dolor de ejusmodi peccatis est excitandus. 3. Propositum emendationis. 4. Confessio humilis. 5. Satisfactio perficienda per orationes, per afflictiones carnis, per opera pietatis, ac misericordiae: quae remedia supposita confessione, & praemissa, pondus habent majus ad delendam poenam.

Conf. 3. Alia remedia ad eluenda peccata venialia, post SS. Sacra menta, præcipue Eucharistie, quod est antidotum, quo liberatur a culpis quotidianis, & a peccatis mortalibus præservamur: eluuntur etiam peccata venialia oratione Dominicæ, confessione generali, tunisoni pectoris, aquâ benedictâ, benedictione Episcopali, oleo missâ, oratione in Ecclesia, si hæc & similia cum pœnitentie motu assumantur.

MEDITATIO. CXCIX.

Feria 4. Domin. 4. post Pentecost.

De peccatis venialibus significatis

per lignum. 1. ad Cor. 3.

A spiciam peccata venialia ab Apostolo sub metaphora ligni ad comburendum proposita, videbóque horrendum rogam à lignis

354 Fer. 4. Domin. 4. post Pentecost.
lignis conflatum. Petam agnoscere, & mihi
cavere ab ædificio tali.

Conf. 1. Quomodo super fundamentum,
quod est Christus, cuius virtute merita ro-
borantur, ejusque Passione & Marte ritun-
tur, ædificant alij ligna, quæ sunt peccata
venialia crassiora, & aliquando à peccato
mortali non admodum dissita, & aliquando
ex genere suo mortalia, sed ob carentiam
deliberationis, aut ob materię exiguitatem
venialia redduntur, ut detractio, irrisio, co-
gitatio fœda, usurpatio rei sine facultate in
cœnobij. Ecce ligna domus leprosæ mi-
tenda extra civitatem, Lev. 14. ligna corrosa
à locusta, ne ferant fructum, ligna impuri-
bilis, quæ faber ad conficiendum idolum
elegit, sunt ligna è terra cordis humani, à
concupiscentia, quasi noxio humore rigata
& crescentia, tandem igne debitæ satisfa-
ctionis, aut in hac vita, aut igne temporali
in futura consumuntur,

Conf. 2. Quod remedium adhibendum
sit ad vitanda peccata venialia significata
per lignum: nimirum extirpanda sunt ea
vitia radicibus, non præcidenda solùm, alias
præcisa, ut spinæ, tribuli, in maledicta terra
cordis repullulabunt. Obturandi fontes,
unde hi rivi tam amari fluunt: mittatur in
hos fontes amaro sal mortificationis, quod
amans

ft Pentecost.
scere, & mihi
damentum,
e merita ro-
lante ritun-
sunt peccata
o à peccato
& aliquando
carentiam
exiguitatem
, irrisio, co-
facultate in
eprosæ mi-
gna corrosa
na impuri-
um idolum
s humani, à
nore rigata,
bitæ satisfa-
e temporali

Feria 5. Dom. 4. post Pentecost. 355
amaras aquas exsiccat, & fluenta dulcissima
virtutum fontibus restituat.

Conf. 3. Ut unum quodque peccatum pos-
sit extingui, causa atque occasio, per quam,
vel ob quam admissum est, debet primitus
amputari. Assiduis igitur orationibus, occa-
sionum fugâ, spe in Dominum collocatâ,
diffidentia sui, contrarijs virtutum actioni-
bus contra hæc vitia pugnandum est.

MEDITATIO C.C.

Feria 5. Domin. 4. post Pentecost.
De peccatis venialibus significatis

per fœnum.

V Idebo horribilem, voracem, fumantem-
que ex fœno flamمام, per quod alia
peccata venialia designantur. Feta in ea in-
telligere, & evitare.

Conf. 1. Peccata venialia dici fœnum, quo-
niā jumentorum, id est, insipientium sunt
pabula, & per ardorē charitatis facile ardēt.
Et ex genere scienter, & ex industria, & quasi
ex malitia committi dicuntur, qualia sunt
officiosa mendacia, otiosi sermones, scurri-
litates, cachinnationes, curiositates ad au-
dienda, videnda, vel legenda vana, adulati-
ones, ambitiones.

Conf. 2. Remedia ad vitanda levia pec-
cata, significata per fœnum esse, radicem eo-
rum